

PLINE L'ANCIEN *Histoire naturelle*, Livre XII, 1 et 3

Hommage aux arbres

Diu fuere occulta ejus beneficia, summumque munus homini datum arbores silvaeque intellegebantur. Hinc primum alimenta, harum fronde mollior specus, libro vestis. (...)

Haec fuere numinum templa, priscoque ritu simplicia rura etiam nunc deo praecellentem arborem dicant. Nec magis auro fulgentia atque ebore simulacra quam lucos et in iis silentia ipsa adoramus. Arborum genera numinibus suis dicata perpetuo servantur, ut Jovi aesculus, Apollini laurus, Minervae olea, Veneri myrtus, Herculi populus. Quin et Silvanos Faunosque et dearum genera silvis ac sua numina tamquam e caelo attributa credimus.